

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consideracio sui m
cum uariis

Quattuor sunt qualitates quibus iusti uiri anima in compunctione uehementer afficitur: cum aut malorum suorum reminiscitur considerans ubi fuit, aut iudiciorum Dei sententiam metuens et secum querens considerat ubi erit, aut cum mala uite presentis attendens solerter merens considerat ubi est, aut cum bona superne patrie contemplatur que quia necdum adipiscitur lugens conspicit ubi non est.

Gregorius ibidem in moralibus libro XXIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

aut *om.* L²; quia *om.* (*cor. supra lin.*) B; Gregorius *om.* P V¹ V² L¹ L²; in moralibus *om.* P V¹ V² L¹ L²